



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 7. De Christi innocentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

tendas quidem , sed cor durum retineas , vt  
nolis occasiones veteres delinquendi muta-  
re metu alicuius confusioneis , irrisioneis , vel  
afflictioneis . 3. si paratus quidem sis ad om-  
nia facienda , sed animo nimis intentus sis o-  
pibus congerendis , rei domesticæ curandæ,  
venationi , aliisque recreationibus studijs lit-  
terarum , vt præ aliis excellas ; quia hæc im-  
moderata cupiditas ( tanquam spinæ ) suffo-  
cât spiritum pietatis , vt orandi , meditandi , se  
mortificandi .

3. Terra bona est cor bonum , seu voluntas  
optima , quam D E V S sibi offerri cupit , di-  
cens : *Prou. 3. fili* , præbe mihi cor : hoc ei  
offer , rogans , vt quocunque voluerit , inflectat .

4.. Cor *bonum* offert , qui paratus est  
seruare præcepta Dei & Ecclesiæ , ne gratiâ ex-  
cidat . Cor *optimum* qui paratus est , &  
bona facere , & mala ( vt tribulationes ) pœ-  
nas voluntarias , opprobria , immo & mortem  
ipsum pro Christo sustinere .



## MEDITATIO VII.

DE CHRISTI INNO-  
CENTIA.

## PUNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit Iudeis : quis ex vobis , arguet* *Ioan. 3.*  
*me de peccato ? qui ex Deo est , verba*  
*Dei audit &c.*

V

II. *Dicen-*

**II.** Dicentibus: Samaritanus es, & dæmonium habes; respondit Dæmonium non habeo, sed glorifico patrem meum,  
&c.

**III.** Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum &c. Tulerunt lapides, ille abscondit se &c.

## FIGVRA.

**Hier. 42** **¶. 3.** **H**ieremiz voluntatem Dei significans ne iret in AEGyptum ) populus obtemperare noluit, sed mendacem appellans, lapidibus obruit.

## PROPHETIAE.

**Dan. 9.** **Pſ. 44. 8** **Iſa. II. 5.** **V**ngitur Sanctus sanctorum.  
Vnxit Deus, oleo laritia, praecōsortibus.  
Erit iustitia cingulum laborum eius.

## DOCUMENTA.

**1.** **C**VM à Christo, Christianus dicaris, debes ad eam innocentiam aspirare, ut purus sis à mortalibus, ( adeo ut moriendum tibi potius decernas, quam in tale peccatum incidas ) imo nec in venialia quidem ( maximè si religiosus sis ) delibero consentias, atque etiam imperfectiones, quæ peccata non sunt, evites.

**2.** Si verbum Dei, exhortationes pias, inspiratio-

rationes dininas libenter audias, & exequaris, signum est, te ex Deo esse; si secus fiat, signum est in gratia Dei. te non esse, aut in numero prædestinorum.

3. Christus cum Samaritanus vocaretur ( id est indignus ipsorum conuersatione) dissimulauit patiter, quia erat tamen contumelia personæ, & sensum bonum habere potest Samaritanus, id est, custos erat. At cū diceretur: *Dæmonium habes, mitissime negat. Dæmonium non habeo. Ut in utroq; ( si occasio ferat) imiteris.*

4. *Non quaro gloriam, &c.* Si vis haberi filius Dei: hoc indica querendo Patris gloriā, non tuam, quam nonnulli furiose querunt ac vindicant etiam cum sanguine proprio.

5. *Si quis sermonem meum seruauerit,* magna premissio atq; ab eo facta, qui nec falli nec fallere potest; maximè de spirituali anima morte ac vita, ut non tantum viuat, sed etiam felicissimè viuat in æternum.



## MEDITATIO VIII. DE BONO PASTORE.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Dixit Iesus turbis: Ego sum pastor Ioan. 10.  
bonus: Bonus pastor ponit animā  
suam pro oib⁹ suis.*
- II. *Mercenarius viso lupo dimittit oves  
& fugit.*
- III. *Cognosco oves meas, & cognoscunt  
me mea*